Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

audistis blasphemiam. Quid uobis uidetur? Qui
omnes condempnauerunt eum esse reum mortis. Et ce
perunt quidam conspuere eum et uelare faciem eius
et colaphis eum cedere et dicere ei. Prophetiza. Et mi
nistri alapis eum cedebant. Et cum esset petrus in
atrio deorsum uenit una ex ancillis summi sacer
dotis et cum uidisset petrum calefacientem se aspi
ciens illum ait. Et tu cum ihu nazareno eras. At
ille negauit dicens. Nec scio. nec noui quid di
cis. Et exiuit foras ante atrium et statim gallus
cantauit. Rursus autem cum uidisset eum alia an
cilla cepit dicere circumstantibus. Quia hic ex illis
est. At ille item negauit. Et post pusillum. rur
sus qui astabant dicebant petro. Ve exill. es.
nam et galileus es. Ille autem cepit anathema
tizare et iurare quia nescio hominem istum
at ipse quem dicitis. Et statim item gallus cantauit
Et recordatus est petrus ubi qd dixerat ei ihs. p
usqm gallus cantet bis ter me negabis et cepit
flere. Et cum factum mane consilium facientes summi
sacerdotes cum senioribus et scribis et universo con
cilio uincientes ihm duxerunt et tradiderunt py
lato. Et interrogauit eum pilatus. Tu es rex iudeo
rum. Ille respondens ait illi. Tu dicis. Et accusabant